

rint stipulata, tunc dominium Tergesti precipere debeat et teneatur vicedominis comunis vel alteri eorum quod vicedominare debeant ipsa instrumenta vel scripturas. ¶ Alioquin elapso anno, quo capta fuerint, si dicta instrumenta precepta vel scripture non vicedominarentur, sint cassa et vana et nullius valoris, et ab inde in antea non vicedominentur.¹⁾ ¶ Salvo quod, si contrahentes elapso anno essent concordēs ad vicedominandum talia instrumenta precepta vel scripturas, quod ipsa valeant vicedominare et possint; et si appareret aliquod instrumentum preceptum vel alia scriptura unum vel plura, in quo vel in quibus aliquis esset obligatus, et persona obligata mortua esset, persona volens petere instrumentum preceptum vel scripturam facere vicedominari, quod antequam vicedominetur citare facere debeat heredes commissarios vel tutores illius persone mortue, si extarent, et audiri debeant, si dictum instrumentum preceptum vel scriptura erit vicedominandum vel non, secundum formam statutorum. ¶ Et si fuerit vicedominandum, tunc dominium Tergesti precipere debeat vicedominis comunis vel alteri eorum quod vicedominare debeant dictum tale instrumentum preceptum vel scripturam; et si non fuerit vicedominandum, tunc dominium precipere non²⁾ debeat ad vicedominandum // dicta talia instrumenta precepta vel scripturas. ¶ Si^{218 A} vero heredes commissarii vel tutores non essent ipsius persone mortue, tunc fiat publice una crida per preconem comunis super scalis palatii comunis post proclamationem excusarum, quod, si qua persona vult opponere vel contradicere ipsum instrumentum preceptum vel scripturam vicedominari non debere, usque ad octo dies subsequentes comparere debeat ad presentiam domini ad opponendum [et] ostendendum³⁾ causam, propter quam dicta instrumenta precepta vel scripture vicedominari non debeat. ¶ Quibus octo diebus elapsis, ipsa crida⁴⁾ apparente manu publica facta et nulla persona contradicente, per dominium precipiatur eisdem vicedominis vel alteri eorum ut ipsum instrumentum preceptum scripturam unum vel plu-

¹⁾ *vicedominaretur.*²⁾ Aggiunta sopra la riga.³⁾ *ostentendum.*⁴⁾ Aggiunta marginale.